



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Titvlvs XV. De Sagittarijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

cooperati sunt, extendit tamen easdem pœnas Gregor. 13. in sua Bulla ad tollendum: ad duella etiam privata, quæ ex condicto quidem, statuto tempore & loco, sine patris tamen & sociis adhibitis ac sine aliis solemnitatibus fiunt. Et adhuc magis Clemens VIII. decretum Tridentini extendit, quia tamen Bullarum harum extendentium, vel nulla est in Germania nostra memoria, vel nulla eorum praxis, quod receptæ scilicet nunquam fuerint, hinc censuræ tam graves vix extra duella solemnia incurrun-  
tur.

## §. II.

*Quæ pena in iure Canonico statuta sint in Clericos pugnantes in duello?*

**Q**uod tales Clerici sint deponendi, sive suspendendi per sententiam

Judicis ab officio & beneficio, de jure antiquo statuitur in c. porro 7. h. t. sive ad duellum, quod hic & nunc committunt, provocaverint ipsi, sive provocati sponte acceptaverint & comparuerint, cum neutrum liceat. Quod si tamen mors ex tali duello vel mutilatio nulla sequatur, potest cum talis ratione suspensionis scilicet dispensare Episcopus, prout ex sine illius capituli, juncta Gloss. V. deponendus non tamen ratione irregularitatis, si quantitate mortis vel mutilationis, curia per alium certaverit, & occidit, incurrit c. Henricus 2. h. t. Iuramentum vero Tridentini taliter in duello pugnantis Clericus ipso jure est excommunicatus, ne scilicet jura benigniora sint erga Clericos duellantes, quam erga laicos, cum tamen illorum delictum gravius sit.

TITVLVS XV.  
DE SAGITTARIIS.

**P**rohibet quidem in hoc titulo, artem illam odibilem & mortiferam sagittariorum contra Catholicos exerceri sub pena anathematis, hoc tamen tantum prohibetur intelligitur in bello injusto, in bello autem justo licitum est quibuscunque armis contra hostes uti, quia ta-

men vix aliquis hujus artis amplius in usum est, & Barboza putat, per figuratam hanc intelligi eos, qui se de re cum hæretico inuito, animam illi & corpus addicunt, si illius opera, quam longissime difficos sentire & trahere possint, hinc ulterior mentio necessaria non est.

